



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 99. Vicecomitis responsum ad Cardinalem circa quosdam articulos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.A.C. 1563.

„tres mei pro tuenda fide vitam amise-
 „rint, ego quoque lubenter eodem in
 „opere vitam ponere paratus sum: de-
 „cetero non est, cur Sanctitas sua iis
 „aures adhibeat, qui ipsam a piæ suæ
 „mentis proposito avertere conantur, sed
 „illud apud se statuere deberet, hanc sibi
 „mercedem apud Deum promerendam
 „esse auferendis abusibus Ecclesiæ. His
 „dictis denique subjunxit: ad Synodum
 „adventantibus novis Legatis, quibus
 „Pontificis mens est abunde perspecta,
 „abs dubio cognosci poterit, quo ani-
 „mo Sanctitas sua sit pro reforma-
 „tione, ac proin Legati ultra excula-
 „tionem dilatæ emendationis obten-
 „dere haud poterunt. (*)

§. XCIX.

*Vicecomitis responsum ad Cardinalem
 circa quosdam articulos.*

*Vistcont. t. I.**p. 187. 188.**Pallav. l. 20.**c. 9. n. 9.*

Ad calcem hujus colloquii Lotharin-
 gius Cardinalis manifeste prodidit,
 suam

(*) Quam nequiter Continuator hæc tam
 ex suo cerebro, quam ex Sarpii (quem tamen
 allegare ausus non est) mendaciis consarcin-
 naverit, haud manifestius deprehendi potest,
 nisi dum Continuatoris dicta cum Pallavicino
 & Sarpio conferantur, ad quos, cum pro-
 lixius excurrere necesse foret, Lectorem re-
 mittimus.



suam indignationem inde oriri, quod Sæcul. XVI.
in Synodi Legatum nominatus non fue-
rit; imo hunc suum dolorem verbis op-
pido mordacibus exerebat. Itaque ad
tot quarelæ totque monita Vicecomes
ad Cardinalem conversus respondit:
"Mirum sane mihi videtur, quod tu de
mente Pontificis certior fieri velis, prius-
quam ipsum ad Bononiense iter indu-
xeris; cum tamen Papæ consilia ex
literis, quas tibi ostendi, satis clare
liqueant; in illis quippe aperte signifi-
catum nosti, quod Pontifex Bononiam
contendere paratissimus sit, si Cæsar
quoque idem consilium arripuerit, ibi-
demque Synodus transferatur (*) ut
hac unione restaurata rebus finis ci-
tius imponi, & Synodus cum Religio-
nis emolumento absolvi possit; frustra
igitur major requiritur explicatio, cum
ea omnia luculenter ex præfatis lite-
ris pateant. Circa reformationem,
jam dudum potuisse rectam, efficacem-

A. C. 1563.

, que

(*) Rursus nec Pallavicinus nec Viceco-
mes de hac Synodi translatione, vel de Bo-
noniensi itinere, quod Pontifici Cardinalis per-
suaderet, ullam mentionem faciunt, nec id
verosimile est, cum Papa toties Cæsari de-
clarasset, quod nec ad Synodi suspensionem,
nec ad translationem unquam animum adje-
serit Vide §. LXXXIX, & XCII.

Sæcul. XVI. "que Pii IV. voluntatem de reparanda
A.C. 1562. "disciplina Ecclesiastica conspicere, cum
 "ille in dies & severis constitutionibus,
 "& earum executionibus in Aula Ro-
 "mana sedulo suam operam impende-
 "rit: quinimo ipfus ego, qui tecum lo-
 "quor, in Synodo hanc rem urgere
 "jussus sum: præprimis vero memo-
 "ria retineas velim verba sapientissimi
 "Purpurati a Turrecremata in Synodo
 "Basileensi circa reformationem pro-
 "lata, nimirum abusus, non usus esse
 "tollendos; exinde autem inferas, quod
 "quamvis pia Pontificis reformationem
 "exoptatam perficiendi voluntas non
 "dum plene fuerit effectui data, id ne-
 "quaquam ex sinceri animi sui defectu
 "fuerit exortum, sed exinde factum, quia
 "haud decebat ordinem hucusque a Le-
 "gatis servatum interrumpere; cum ab
 "illis constitutum esset, ut unacum dog-
 "matum articulis etiam reformationis ca-
 "pita stabilirentur, proin expeditis dogma-
 "tum argumentis etiam reliqua circa
 "reformationem statuerentur: insuper
 "si plures reformationis articuli, quos
 "jamjam Legati elaborarunt, promulgati
 "essent, haud evidenter appareret, quod
 "Pontifex pia, ac sincera soverit consi-
 "lia, indeque omnibus Principibus, eo-
 "rumque subditis plene satisfactum fo-
 "ret.,, Cum vero Lotharingius de no-
 vis ho
 "L
 "fu
 "ip
 "su
 "ad
 "au
 "qu
 "ris
 "pe
 "hu
 Fin
 Lot
 dem
 vio
 thar
 sus p
 Pon
 Inte
 tu
 spani
 nem
 sub i
 ex C
 lum,
 bens
 epist
 His

vis Legatis mentionem ingessisset, ad Sæcul. XVI.
hoc Vicecomes reposuit: „cum novi A. C. 1563.
"Legati Cardinale Mantuano vix fatis
"functo jam fuerint nominati, prout tibi
"ipſi in comperto habetur, certe nullus
"suspicandi locus supereſt, quod Papa
"ad hosce eligendos aliorum consiliis,
"aut sollicitationibus fuerit adactus;
"quapropter tibi haud persuadere pote-
"ris, quod Pontifex animum minus pro-
"pensum, ac benevolum, quem semper
"hucusque testatus est, erga te foveat.,,
Finito hoc colloquio Vicecomes parcus
Lotharingium Cardinalem invisebat, &
demum post decem dierum moram Pata-
vio discessit Tridentum reversus: Lo-
tharingius vero iter suum Venetias ver-
sus prosequi intentus erat.

§. C.

*Pontificis querelæ apud Hispaniæ Re-
gem contra hujus Nationis
Episcopos.*

Interea crebræ Tridenti habeban-
tur congregations, in quibus Hi-
spani severitatem inter & moderatio-
nem media via incedere nitebantur:
sub idem vero tempus Lunensis Comes
ex Cæsaris aula ad Martinum Gastel-
lum, quem a secretis habuit, prescri-
bens eidem exemplar transmisit illius
epistolæ, qua Cæsar significabat, sibi

Hist. Eccles., Tom. XLVI. N nun.